# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De sancto Ypolit cxiii


urn:nbn:de:bsz:31-289352



Visual Library

ſecutoris flamma ſugare non potuit q: longe ardẽti⁹ veritatis radijs mens eius accenſa feruebat. Itẽ. Odio pfidie ⁊ amore veritatis accẽſus appoſitã ſibi extrinſec⁹ flammã aut nõ ſenſit aut vicit. ¶ Habet aũt inter ceteros martires beat⁹ laurẽtius tria priuilegia quãtũ ad officiũ. ¶ Primũ eſt in vigilia. Solus em̃ inter martires vigiliã habet. Sed vigilie ſanctoꝝ ꝓpter multas deordinationes hodie in ieiunia mutate ſunt. Mos em̃ fuit olim vt refert iohannes beleth vt in feſtiuitatibus ſanctoꝝ hoĩes cũ vxoribus ⁊ filiabus ad eccleſiã venirent. ⁊ ibi cum luminarib⁹ pnoctarent. Sed q: multa adulteria in his vigilijs fiebant. Statutũ fuit vt vigilie in ieiunia cõuerterentur. Nomen tñ antiquũ eſt retentũ: q: nõ ieiunia ſ; vigilie adhuc appellãtur. ¶ Secundũ eſt in octaua. Ipſe nãq; ſolus cũ ſtephano habet octauã inter martires: ſicut martinus inter ꝯfeſſores. ¶ Terciũ eſt in regreſſionib⁹ antiphonaꝝ qð ſolus ipſe et paulus habet. Sed paulus ꝓpter excellentiã pdicationis. iſte ꝓpter excellentiã paſſionis.

## ¶ De ſancto ypolito. cxiii A

Ypolitus dicitur ab yper qð eſt ſupra. ⁊ litos qð eſt lapis quaſi ſupra lapidẽ. ideſt xp̃m fundatus. vel ab in ⁊ polis qð eſt ciuitas. Uel ypolitus quaſi valde politus. Fuit em̃ ſup lapidẽ xp̃m bene fundat⁹ ꝑ ꝯſtantiã ⁊ firmitatem. Fuit in ciuitate ſuperna ꝑ deſideriũ ⁊ auiditatem. Fuit bene politus ꝑ tormẽtoꝝ acerbitatem.

Ypolitus poſtq̃ corpus beati laurẽtij ſepeliuit: venit in domũ ſuam: ⁊ dans pacẽ ſuis ſeruis ⁊ ancill. oẽs de ſacramẽto altaris qð iuſtin⁹ pſbiter obtulerat cõmunicauerũt. Et appoſita menſa priuſq̃ cibũ ſumeret: venientes milites eum rapuerũt: ⁊ ad ceſarẽ duxerunt. Quẽ videns decius ceſar ſubridẽs dixit ei. Nunquid ⁊ tu magus effectus es q̃ corpus laurentij abſtuliſti. Cui ypolitus. Hoc feci nõ quaſi mag⁹. ſed quaſi xp̃ian⁹. Tunc decius furore replet⁹ precepit vt habitu quo vt xp̃ian⁹ vtebatur expoliaret. ⁊ os ei⁹ lapidib⁹ tunderet. Cui ypolit⁹. Non me expoliaſti ſed magis veſtiſti. Cui deci⁹. Quõ inſipiẽs effect⁹ es vt nuditatẽ tuã non erubeſcas. Nunc ergo ſacrifica ⁊ viues ne cũ laurẽtio pereas. Cui ypolit⁹. Exemplũ merear fieri beati laurentij quẽ tu ore polluto auſus es noĩare. Tunc decius fecit eũ fuſtib⁹ cedi. ⁊ pectinib⁹ ferreis laniari. Ille aũt ſe xp̃ianũ eſſe voce clara cõfitebat. Et cum tormenta hmõi derideret. veſte militari qua antea vtebat eũ veſtiri fecit. hortãs vt amiciciam ⁊ miliciã priſtinã retineret. Cui ypolitus cũ diceret ſe xp̃o militari: deci⁹ ira repletus valeriano pfecto eũ tradidit: vt oẽs facultates ei⁹ acciperet: ⁊ diris tormẽtis eũ interficeret. Inuẽto quoq; q ei⁹ familia xp̃iana eſſet: adducti ſũt oẽs ante ꝯſpectũ ei⁹: Qui cũ ad ſacrificia cogerentur: concordia nutrix ypoliti pro omnibus rñdit. Nos cum dño noſtro volumus mori potius pudice q̃ impudice viuere. Cui valerius: Genus ſeruorum nõ niſi cũ ſupplicijs emẽdatur. Tũc pñte ypolito ⁊ gaudente iuſſit eam tamdiu plũbatis cedi quouſq; emiſit ſpm̃. Dixitq; ypolitus. Gr̃as tibi ago dñe q: nutricẽ meã ante ꝯſpectũ ſanctoꝝ tuoꝝ pmiſiſti. Deinde extra portã tiburtinã valerianus ypolitũ cũ familia ſua duci fecit. Ipolit⁹ aũt oẽs confortãs dixit. Fratres nolite metuere q: ego ⁊ vos vnũ deũ habem⁹. Iuſſitq; valerian⁹ vt in cõſpectu ypoliti omnib⁹ capita amputarent. ypoliti vero pedes ad colla indomitoꝝ equoꝝ fecit ligari. ⁊ ꝑ carduos ⁊ tribulos trahi tamdiu donec ſpm̃ exalaret. Circa annos dñi. cclvi. Coꝝ corpa iuſtinus pſbiter rapuit: ⁊ iuxta corpus ſancti laurentij ſepeliuit. Corp⁹ vero ſancte ꝯcordie inueniri ñ potuit q: fuerat in cloacã ꝓiectũ. Miles aũt quidã noĩe porphiri⁹ credẽs beatã cõcordiã aurũ aut gẽmas in veſtimẽtis hr̃e ad quẽdã cloacariũ noĩe yreneũ q̃ erat occulte xp̃ian⁹ acceſſit ⁊ dixit. Secretũ cuſtodi: ⁊ extrahe ꝯcordiã q: ſpero q aurum aut gemmas in veſtibus ſuis habet. Cui ille

# De ſancto Ipolito

Oſtende michi locū ⁊ ſecretū habeo ⁊ q̄cq̄d inue-
nero nunciabo. Cum ergo corpus extractū fuiſſet
et nichil inueniſſent. miles ille protinus fugit. Et
yreneus vocato quodā chriſtiano nomine habun-
do corpus ad ſanctū iuſtinū detulit. Quod ille de
uote ſuſcipiēs iuxta corpus ſancti ypoliti ⁊ alioꝝ
ſepeliuit. Qđ valerianꝰ audiens yreneū ⁊ habū-
dum tenuit. ⁊ ambos in cloacā viuos miſit. Quo
rum corpora iuſtinus rapuit ⁊ cū alijs ſepeliuit.
B ¶ Poſt hoc decius cū valeriano in currū aſcen
dit aureū. ⁊ pergūt ad amphitheatrū vt crucient
xp̄ianos. Arreptꝰ igiť deciꝰ a demonio clamabat
O ypolite cathenis aſperis vinctū me tenes. Ua
lerianꝰ ſiľr clamabat. O laurēti igneis cathenis
me ligatū trahis. Et eadem hora valerianꝰ expi
rauit. Decius aūt domū reuerſus triduo a demo
nio vexatus clamat. Adiuro te laurenti modicum
ceſſa a tormētis. Et ſic miſerabiľr mortuꝰ eſt. Qđ
vxor eius triphonia crudelis vidēs: dimiſſis om-
nibus ad ſanctū iuſtinū cū filia ſua cirilla acceſſit
⁊ ab eo cū multis alijs baptiſari ſe fecit. Alia vō
die cū oraret triphonia emiſit ſpm̄. Cuiꝰ corpꝰ iu
ſtinꝰ p̄ſbiter iuxta corpus ſancti ypoliti ſepeliuit
Audiētes vero. xlvij. milites ꝙ regina ⁊ eius fi
lia xp̄iane effecte eſſent: venerūt cū vxoribꝰ ſuis
ad iuſtinum preſbiterum vt baptiſma ſuſciperēt.
Quos oēs dyoniſius q̄ ſancto ſixto ſucceſſerat ba
ptiſauit. Claudius aūt imparator cirillam cū ſacri-
ficare nollet: iugulari fecit. ⁊ ceteros milites de-
collari. Quoꝝ corꝑa in agro verano cū ceteris ſe-
peliūtur. ¶ Et aduertendū ꝙ expreſſe habetur
hic ꝙ illi decio qui laurentiū ⁊ ypolitū martiriſa-
uit ſucceſſit claudius. Claudius aūt non ſucceſſit
decio imparatori imo decio ſucceſſit ſcd̄m cronicas
voluſianus. voluſiano galienus. galieno claudiꝰ.
Oportet ergo dicere vt videť ꝙ aut galienus fue
rit binomiꝰ: ⁊ ꝙ dictus ſit galienꝰ ⁊ decius ſicut
dicit vincentiꝰ in cronica ſua. ⁊ godofridus in li-
bro ſuo. aut ꝙ galienus in ſui adiutoriū quendaꝫ
noīe deciū fecerit ceſarē nō tñ imparatorē ſicut dicit
richardus in cronica ſua. De hoc martire ſic dicit
ambro. in p̄fatione. Beatus martir ypolitus xp̄m
verū ducem ꝯſiderās: miles eiꝰ eſſe maluit q̄ dux
militū cōprobari. Beatūqꝫ laurentiū ſue cuſtodie
mancipatū nō ꝑſecutꝰ eſt ſed ſubſecutꝰ. Qui cum
theſauros eccľie diſcuteret: inuenit theſaurū quē
nō tirānꝰ eriperet ſꝫ quē pietas poſſideret. inuenit
theſaurū vñ vere diuitie peteretur. ſprcuit fauorē
tirāni vt cū regis ꝑpetui grā cōprobareť: mēbris
diuidi nō refugit ne nexibus diuelleretť eternis.

Bubulcus quidā nomine petrus cū in feſto marie
magdalene plauſtrū iūxiſſꝫ: ⁊ boues ſequēs ipos
maledictis vrgeret. ꝓtinus boues ⁊ aratrū a ful-
mine abſumūtur ⁊ ipſe petrꝰ q̄ hoc imp̄catus fue-
rat ſupplicio atrociori torq̄batur. Nam ignis eum
arripuit adeo ꝙ carnibus ⁊ neruis tibie ⁊ cruris
ꝯſumptis oſſa parerēt. ⁊ ipſa tandem tibia a ſua
cōpage penitꝰ ſolueret. Tūc ille ad quādā eccľiaꝫ
beate virginis accedēs tibiā ipam in quodā fora
mine ipſiꝰ eccľie abſcōdit: ⁊ beatā virginē lachri-
mis ⁊ p̄cibꝰ ꝓ ſua liberatiōe rogauit. Et ecce no-
cte quadā btā v̄go cū btō ypolito ei in viſiōe affuit
⁊ eidē ypolito vt petrū priſtine ſanitati reſtitue-
ret impauit. Staticꝫ ſanctꝰ ypolitus tibiā de fora
mine accipiēs loco ſuo quaſi ſurculū arbori in mo
mēto inſeruit. In qua inſitione tātos dolores ſen
ſit: vt ſuis clamoribꝰ totam familiā excitaret. Qui
ſurgētes ⁊ lumē accendētes. petrū duo crura et
duas tibias hr̄e cōſpiciūt. Sed ſe deludi putātes
ip̄m iterū atqꝫ iteꝝ ꝯtrectabāt. ⁊ mēbra vera ip̄m
hr̄e cōſpiciebant. Qui vix eū excitātes vñ hoc ſibi
acciderit ſciſcitātur. Sed ille eos ludere exiſtimās
tandē victꝰ rem vidit ⁊ extupuit. Sed tñ coxa no
ua mollior q̄ vetuſta ad ſuſtinētiā corꝑis nō pote
rat exequari. Uñ ad publicationē miraculi ꝑ an-
nū claudicauit. Et tūc iterū btā virgo eidē appa-
rens ſctō ypolito dixit vt q̄cq̄d curationi deeſſet
ſupplere deberet. Euigilās igiť ⁊ ſe plene ſanatū
inueniens recluſoriū introiuit. Cui diabolꝰ in ſp̄ē
nude mulieris frequētiſſime apparebat. ⁊ nudaꝫ
ei ſe ingerēs quāto ille fortiꝰ reſiſtebat tanto illa
impudētius incūbebat. Cū ergo illa eū plurimū
vexaret: tandē ille ſtolā ſacerdotalē accipiēs col-
lum eius cinxit. ⁊ mox diabolo abſcedente cada-
uer putridū ibidē remanſit. Tantuſqꝫ fetor inde
exalauit vt nullus qui hoc vidit ambigeret quin
corpus alicuiꝰ mulieris mortue fuiſſet. ⁊ ꝙ diabo-
lus aſſumpſiſſet.

## ¶ De aſſumptione beate marie vir- ginis. cxiiii. A

Aſſumptio beate marie virginis qualr̄ fa
cta ſit ex quodā libello apocrifo q̄ ioban-
ni euangeliſte aſcribitur edoceť. Ap̄lis
nanqꝫ ob p̄dicationis grāꝫ diuerſas mūdi ſubeū-
tibꝰ regiōes. virgo btā in domo iuxta montē ſyon
poſita dicitur remāſiſſe. Omnia qꝫ loca filij ſui. ſcꝫ lo-
cū baptiſmi. ieiunij. orōnis. paſſionis. ſepulture.
reſurrectionis ⁊ aſcēſionis. q̄diu vixit deuotione
ſedula viſitauit. Et ſcd̄m ꝙ ait epiphaniꝰ. xxiiij.
annis pꝰ aſcēſionē filij ſui ſuꝑuixit. Refert ergo